



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

28. Quomodo in ciuitate Hassellensi Geusiis templi imagines circa noctem
confringere volentibus, omnium lucernarum lumina bis térve miraculosè
esse exstincta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

peccavit D. Antonius, quod statuam eius, tam indignè exagitas? Ille protinus in proteruam hanc vocem prorupit: Quid tu mihi obstrepis de S. Antonio? Si quam ille vim aut virtutem habet, eam declaret. Nec mora, euertigio iste in sanctum blasphemus, igne sacro, quem vocant D. Antonij, corripitur, totoque corpore ustulatur, & tandem sacro igne totus Deo vindicante, excarnificatus, animam exhalat.

D. VVilhel. Lindan. lib. 2. cap. 1. de fugiendis idolis.

In ciuitate Hasselensi Gæsis templi imagines cæca nolite confringere volentibus, omnium lucernarum lumina bis terue miraculosè esse extincta, illi commemorat Laurent. Surius in Chronicis.

CAP. XXVIII.

CVM Hermannus Moder, seditiosorum fax apud Hasselense oppidum Hasbanie Leodiensis diocesis anno 1566. bis ter in templum venisset, vt SS. imagines confringeret, fuit lucernarum lumen bis ter extinctum: denique cum rogi immanem excitasset, vt iniectas in eum SS. imagines exureret, fuit ille rogi iniectis venerandis imaginibus haud aliter subito extinctus, quàm si copiosissimo fuisset imbri perfusus. Ita quidem Deus Opt. Maxim. sacras imagines, & tutatus est, & alicubi vltus, quemadmodum fide dignissimi viri nobis narrare, etiam seueriter sub Dei iudicio admoniti, non dubitarunt, quorum plura exempla Ecclesiastica dabit historia. Hæc tibi

D. Lin-



D. Lindanus. Mirum verò est, istud hominum genus, toties ac tam variis modis diuinitus corripit, miraculis terreri, flagellis conteri, vindictis cælestibus puniri, nec tamen eruditi, vt errorum suorum vesaniam & impietatem agnoscere ac respiscere sustineant! Vtinam vel cum brutis asinis discant ea cauere, in qua toties infeliciter impegerunt.

D. V. V. libel. Lindanus lib. 2. de fugiendis idolis cap. 1.

Item Apologetici ad Germanos Tom. 2. cap. 11. De Gæsijs stauam D. Antonij inuadentibus, & diuinæ eorum vindictæ.

CAP. XXIX.

ANno illo Gæsiaco 1566 cum per Belgiam passim iconoclastæ in venerandas sanctorum imagines defæuissent, Busciducis accidit, quosdam D. Antonij imaginem concidere, vt incendio via publica abolerent. Verum quid accidit, non sanè impunè tulere impij: euestigiò namque illa peste, quam D. Antonij iam olim appellamus Christiani (quod illi depellendæ sint eius, apud Deum pij experti sæpe Patronum) corripuntur, totoque vtriusque corpore instar granerum piperis, pestilens ille ignis ebullit: domum sese recipiunt infelices, quorum plaga focij deterriti, rogam deserunt trepidi. Tam atroci atque voraci consumebatur miseri totum per corpus incendio, vt postridie impiam efflari animam, & funesta reliquerint cadauera variorum colorum

Q rum